

mine. In cuius intimô recessu Insula erat, similis prædictæ, quæ  
Et lacum similiter cum aliâ Insulâ, hominum natione sylvestri fre-  
quentata, continebat. Erant autem multo plures viris mulie-  
res, corporibus biforme, quas Interpretes nostri GORILLAS vo-  
cabant. Nos persequendò virum capere ullum nequivimus  
omnes enim per præcipitia, quæ facile scandebant, Et lapides in  
nos conjiciebant, evaserunt. Fœminas tamen cepimus tres, quas,  
cum mordendo Et lacerando abducturis reniterentur, occidimus,  
Et pelles iis detractas in Carthaginem retulimus. Sicut & hi-  
storiam conceperat Magdalena de Auvermont fidem non invenisse  
apud peritiores in ipsis Galliis, testantur, quæ ad laudati Bartho-  
lini requisitionem respondit Petrus Sanchius, Monspelii Me- *Vide Histori-*  
*dicinæ Professor, fabulam nominans, à nebulonibus confitam,* ar. Centur.  
*questus gratiâ, & Guido Patinus Bellovacenus, Parisis pariter VI.Hist.LXI.*  
Professor Medicus, hæc respondens: *Centuriæ ruc multa ba- Epistolar.*  
*bent optima : sed utinam omisisses Senatus Consultum Gratia. Medicar.*  
*nopolitanum. Torum enim hoc negotium, quale fuit à Te de. Bartholini*  
*scriptum, ipsis mandatum, nihil aliud unquam fuit, quam me. Centur. III.*  
*rum segmentum, Et mera fabula, à quôdam nebulone excogita epist.*  
*ta, qui per fugam salutis suæ consulere coactus est, ne incideret in LXXXIII.*  
*manus Parlamenti Gratianopolitani, ne dicam carnificis illius ci-*  
*vitatis: Quod tamen factum esse dicitur ab isto nebulone in ir-*  
*risionem quorundam Senatorum, Et in contumeliam Doctorum*  
*Scholæ Monspeliensis. Quibus verò contraria scripsit D. Delord,*  
Monspelii pariter Medicinæ Professor, nempe ex consensu omni-  
um Medicorum sine virili semine mulierem concipere non posse,  
foreque sexus discrimen à Naturâ institutum supervacaneum,  
si illa sola ad generationem sufficeret, atque Parlamentum perce-  
ptum judicium de isto casu Medicorum non seniorum, sed junio-  
rum, nec non obstetricum, Et Matronarum quarundam Magda-  
næ matris amicarum sententiam illam pronunciâsse, ne hoc su-  
biecta redderetur pudicitia, familiaque Aigremoriana defa-  
maretur: cœn hæc itidem refert excellentissimus Bartholinus,  
subscribens autem prædicti D. Delordi judicio, & addens: *An Citatâ Hi-*  
*imaginatio id possit, (quæ isti juniores Medici, obstetrics ac stor.*  
*Matronæ quædam dixerunt) non docuit Eienus Antverpiensis:*

Trag.